

05

10  
12

U. q. 19, 3




IN IVRIS.

AN. ANDREAE DIN  
KARLIE DANDELKARVINACA

JOHANNES MAIER WEIDEN  
DE PALATINUS





7  
QUÆSTIO-

NUM ILLUSTRIMUM

JURIS CIVILIS ET SAXONICI,

ad tit. ff. de justit. & jur. tit. de ll. & tit. de

constitut. princip. adcommoda-  
tarum,

DECAS,

QUAM

D. O. M. A.

Permissu & consensu Amplissi-

mi Jctorum ordinis in illustri Salana,

PRÆSIDE

JOHANNNE GEORGIO

MÜLLERO, J. U. D.

PUBLICÈ DEFENDERE CONABITUR

AD DIEM MARTII,

*In Jctorum Auditorio,*

JOHANNES HARNISCH,

NAUMBURGENSIS.

Typis Weidnerianis, Anno Christi M. DC. XV.

Nobilissimo, Amplissimo, Cla-  
rissimo & Consultissimo Viro,

D N.

DOMINICO

ARUMÆO, J. V.

D. ET PROFESSORI IN


INCLUTA SALANA, JUDICII

PROVINCIALIS ET SCABINATUS ASSES-  
SORI DIGNISSIMO, AFFINI ET PATRO-

no suo omni observantiz cultu prosequendo.

Hanc quæstionum illustrium decadem  
dat, dicat, dedicat.

Respondens.



# Illustrium Juris Civilis & Sa- xonici Quæstionum Decas.

## QUÆSTIO PRIMA.

An pro defensione pudicitia recte  
quis occidatur?

*Adl. 3. de J. & J.*



**R**atio, inquit Cicer. pro Milon.  
doctis, & necessitas barbaris, & mos  
gentibus, & feris natura ipsa præscri-  
psit, ut omnem semper vim, quacunq;  
ope possent, à corpore, à capite, à vita  
sua sepulsarent, *vid. idem Cicer. 1. offic.*  
*l. 3. b. t. l. 4. pr. l. 5. pr. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 2. §. 3. C.*  
*de sicar. l. 1, §. 27. de vi & vi arm. l. 1. §. 11. si quadr. paup.*  
*fec. l. 1. C. quando liceat sine jud. P. N. S. art. 139. ubi Cla-*  
*riss. Rem. Landrecht lib. 2. art. 14. §. 69. cum gl. lib. 1. art.*  
*50. §. 64. cum gl. lib. 3. art. 78. Weichbild art. 36. cum 2.*  
*seqq. art. 71. 72. §. 110. cum gloss. Sentent. post Weichbild*  
*rubr. Von der Nothwehr / mihi fol. 153. huc facit §. Con-*  
*stitut. Elect. 8. p. 4. Quod jus defensionis, an etiam ad*  
*pudicitiam referendum, quæritur? Pro affirm. addu-*  
*co seqq. l. Paul. 5. sent. 23. Qui latronem, inquit, cæ-*  
*dem sibi inferentem occiderit, puniri non placuit: ali-*  
*us enim vitam, alius pudorem, publico facinore ( Gi-*  
*pban. leg. jure, Dn. Rittersbus. in not. ibid. favore ) de-*  
*fendit. II. Augustin. lib. 1. de lib. arbitr. tom. 1. Lex dat po-*  
*testatem vel viatori, ut latronem, ne ab eo ipse occida-*  
*tur, vel cuiquam viro aut feminae, ut violenter in se ir-*  
*ruentem*

A

ruentem



ruentem stupratorem ante illatum stuprum, si possit, interimat: multò enim est mitius, cum, qui aliena vitæ insidiatur, quàm cum, qui suam tuetur occidi; & multò est immanius invitum hominem stuprum perpeti, quàm cum, à quo vis illa infertur, ab eo, cui inferre conatur, interimi. III. Comparationem vitæ & famæ, vide l. 9. de manum. vind. l. 8. C. de Decur. l. 8. §. pen. quod met. causa, Gail. 2. obs. 100. n. 5. cum 2. seqq. Borcholt c. 7. de feud. mod. 1. n. 43. Const. Elect. 42. p. 4. in pr. quæ licet aliàs claudicet, & secundum quid procedat, Person. add. l. 3. membr. 2. c. 2. tamen hoc in casu maximè attendenda, cum ut vita, ita & virginitas semel amissa restitui non possit, l. un. pr. vers. maximè, C. de rapt. virg. c. si Paulus 32. q. 5. Ovid. 5. Heroid. Ex quo simul evincitur, personam illam, cui stuprum imminet, aliter se tueri non posse, fac. d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. & dictum Livij lib. 1. dec. 1. Quid homini salvum esse potest, amissa aut vi erepta pudicitia? IV. Expressum text. l. 1. §. pen. ad L. Corn. de sic. V. l. 3. b. t. ubi not. 1. verb. Vim atque injuriam, non solum copulativè, sed etiam distributivè accip. Zoann. ad dict. l. 3. n. 2. Person. ibid. memb. 1. part. 5. 2. verbum Injuria non ad verbalem, sed realem, Obrecht. c. 2. n. 8. de defens. necess. eamque non omnem, sed atrocem, qualis est mutilatio membri alicujus præstantis, (puta manus amputatio, vid. Novell. 134. c. ult. in pr. Quò, per l. 3. & d. l. 8. quod met. caus. & al. adduct. sup. in fundam. 3. quib. add. N. 6. c. 6. in f. l. 5. C. ad SC. Orfic. pertinet etiam, de qua jam in præsentibus, pudicitia per vim attentatio) referendum, Person. ad d. l. 3. d. c. 2. circa f. VI. Deniq; huc facit exempl. Virginii, de quo in l. 2. §. & eñ 24. de O. J. Liv. lib. 3. Dec. 1. & C. Lusii, de quo Plutarch. in vita Mar. Pro neg. facere videtur l. 13. §. 7. ad L. Jul. de adult. & l. 20. C. eod. cui objic. l. 1. §. 2. de injur. De quib. in ipso conflictu. Quæ-



QUÆSTIO II.

Quid si quis homicidium fateatur, sed præ-  
tendat defensionem, quam postea pro-  
bare non potest?

Homicidium ob defensionem corporis sui commif-  
sum, & sic moderamen inculpatae tutelæ allegans hoc  
probare tenetur, ut aliam aliquam exceptionem, *l. 19.  
pr. de probat. Dd. commun. add. l. 3. b. t. Pacian. 1. de probat.  
68. n. 1. & per tot Ayrer. add. l. 3. p. 1. à n. 319. Bologn. n.  
36. P. N. D. art. 141. cum seq. lib. 1. Landrecht art. 64. &  
ibi gl. & Sentent. post Landrecht sub rubr. Nohtwehr mihi fol.  
522.* Quid igitur si quis homicidium factus fuerit, non  
tamen simpliciter, sed cum adiectione, quod fecerit ad  
sui defensionem, allegatam autem defensionem pro-  
bare non possit? Latissima dicitur hæc disputatio, *Con-  
sult. Sax. tom. 1. p. 4. q. 20.* cujus etiam mentionem fa-  
cit *P. N. D. art. 143.* ubi tamen nihil certi definiri vide-  
tur, *Consult. Sax. d. q. 20.* Alii autem putant, talem con-  
fitemem ordinaria poena afficiendum, *Sarmient. 1. sel.  
interp. 1. n. 10. Rotschütz p. 2. art. 3. n. 9. Br. ad l. Aureli-  
us, §. idem quasi, n. 2. de liberat. leg. Fas. ad h. l. 3. n. 13.  
& in §. Item si quis, n. 25. Inst. de Act.* Alii extraordinaria  
& mitiori, *Wes. cons. 19. n. 3. p. 1. Mascard. 2. de probat.  
concl. 867. n. 7. Myns. respons. 59. n. 14. & 53. & 1. observ.  
40. Gail. de pac. pub. 1. obs. 17. n. 6. cum seqq. Pacian. 1. de  
probat. 25. n. 16.* maximè si quis spontè, (de quo vide  
*Landrecht lib. 1. art. 50. & 69. & lib. 2. art. 14. ubi gl. Lat.  
lit. b.*) defensionem in iudicium deduxit, *Person add. l.  
3. c. 5. pr. membr. 2.* Vide plur. allegat. apud *Moller. ad  
const. 8. p. 4. & Fach. 1. contr. 27.* Putarem talem confi-  
tentem neque ordinaria neque extraordinaria poena

afficiendum, sed si nec testis ullus adsit, nec præsumtio aliqua pro ipso contra occisum militet, torturæ subsciendum, (si præsertim & alia inditia adsint, *Moller. ad d. const. 8. n. 5.*) ut videlicet præcisè & absolutè respondeat, & sic confiteatur, an dolosè, an verò ad defensionem fecerit. 1. *Per gl. singular. inf. l. 28. de adult.* 2. *Per Const. Elect. 8. p. 4. 3.* quia aliàs quivis eludere iudicium & poenam evitare possit, *Moller. ad d. const. 8. n. 5. Consult. Sax. d. q. 20. 4.* quia aliàs nec absolvi potest, cum fateatur homicidium, neque capitaliter damnari, cū de qualitate & dolo malo, qui in L. Corn. attenditur, nondum constet. Rectè igitur ad hoc extremum veritatis indagandæ remedium recurritur, vide *Paul. 2. sent. 14. l. 8. §. 1. l. 10. & 13. C. de question. l. 16. C. de poen. & l. ult. C. de probat. Gail. d. obs. 17. n. 3.* Quæ sententia placet *Boër. decis. 164. Beust. ad l. admonendi, n. 1179. fol. 335. de Jurejur. Elect. in d. const. 8. ubi vide apud Moller. plur. alleg. & Person. ad d. l. 3. membr. 2. c. ult.* usūque recepta est, *Consult. Sax. d. q. 20. & tom. 2. p. 4. q. 51. Moller. d. l. vid. Ayrer. ad h. l. 3. p. 1. à n. 371. Fach. 1. controvers. 27. cum seq. P. H. D. d. art. 143.*

### QUESTIO III.

## Quomodo sit puniendus, qui excessum in defendendo commisit?

Excessus fit vel ante offensam, vel in ipsa offensa, vel etiam postea, *Person. ad h. l. 3. membr. 2. c. 4. circ. fin. & Salomon. ibid. n. 10.* Quæritur autem, an modum excedens ordinaria vel extraordinaria poena afficiendus? Prius placet *Dec. ad d. l. 3. n. 3. Romul. p. 1. n. 43. & alijs, quos alleg. Zoan. n. 76. p. 2. & Fach. 1. controvers. 32. quib. adde Boss. de homicid. n. 91. Posterius cum Fach. d. c. 32. Gail. 2. obs. 110. n. 15. & 1. de pac. publ. 16. n. 19. cum seq. Ayrer. ad d. l.*

d. l. 3. p. 1. n. 392. Clariss. Dn. Arun. disp. Pand. 1. tb. 3.  
Boër. decis. 168. n. 17. Menoch. 2. de A. J. Q. cas. 278. affirm.  
extraordinariè scil. & pro arbitrio iudicis puniendum  
esse eum, qui excessum committit. Quod prob. 1. de  
jure civili per l. 1. §. ult. ad L. Corn. de sic. l. 38. §. Impe-  
rator 8. ibi: difficile est justum dolorem temperare, de  
adult. l. 14. §. 6. ibi: ignoscendum est ei, qui voluit se  
ulcisci, de bon. lib. l. 3. §. 3. ad SC. Syll. l. 5. de parricid.  
l. 48. de R. J. l. 4. C. de adult. l. 6. C. de vi publ. II. Jure  
Canon. per c. olim 12. de restit. spol. c. significavit 3. de pœ-  
nit. vid. Et c. si natus 2. quest. 3. III. Jure Saxon. per gloss.  
Lat. lit. c. art. 16. lib. 2. Landrecht/ Et Const. Elect. II. par. 4.  
IV. Hoc etiam innuere videtur P. H. D. art. 142. vers.  
Nemlich ist hterinnen/ Et c. V. per hanc ration. quia pœna  
ordinaria L. Corn. locum non habet, nisi homicidium  
sit ex proposito, destinata voluntate, & quidem dolo  
malo commissum, l. 1. §. 3. Et ibi Dd. commun. l. 14. Et  
16. Clariss. Dn. Sæv. in comm. d. t. c. 1. pr. vid. l. 1. C. eod.  
Homo a. intenso dolore non est in plenitudine intelle-  
ctus, nec insultatus habet lancem aut stateram in ma-  
nu, ut possit dare ictus & verbera ad mensuram, Novell.  
tr. ad defens. in pr. n. 27. VI. Hinc Wes. ad Schneid. de J.  
N. G. §. 1. n. 14. magis ex culpa, quàm ex dolo, non pro-  
pter delictum, sed propter excessum, dicit puniri mo-  
dum excedentes, vid. Gail. 2. obs. 110. n. 18. In L. a. Corn.  
ne lata quidem culpa dolo æquiparatur, l. 7. de sicar.  
Cl. Dn. Sæv. d. c. 1. Ayrer. add. l. 3. p. 1. n. 393. cum seq.  
Gail. d. obs. 110. n. 2. Dellrio ad l. contractus c. 1. col. 6. cum  
seq. de R. J. Et hæc sententia communis dicitur, Clar. §.  
homicidium, n. 34. usuque recepta, Consult. Sax. tom. 1.  
p. 4. q. 35. n. 1. vid. etiam Cöler. p. 1. de process. c. 9. n. 63.  
Gell. 12. Noct. Att. 7. Valer. Max. 7. memorab. 1.

A 3,

QUE

4 ff ad l. Corn. de

QUÆSTIO IV.

Sed ulterius quæritur: An qui excessum  
fecit, Jure Saxonico agnatis debeat  
solvere VVergeldum?

Jure Civili qui defensionem plenè probavit, ab omni poena liber est, *b. l. n. 3. cum simil. supr. q. 1. adduct.* quod innuit etiam *P. H. D. art. 139. & 140. ibi: Ist darumb nichts schuldig/ &c.* De Jure autem Saxonico tenetur agnatis Wergeldum integrũ, (id est, viginti quatuor sexagenas, vier und zwanzig alte Schock/ *vid. Arnold. Reyg. in Thesaur. verb. Wehrgelt/ & Wehner. in observat. pract. verb. Wehrgelt*) & judici multam maximam (die höchste Gewett/ als sechzig Schilling Pfennige/ id est, quatuor sexagenas, *Cöler. 1. decis. 161. n. 69.*) exsolvere, *art. 53. lib. 1. Landrecht/ art. 14. presertim & 16. lib. 2. Sent. post Landrecht/ sub tit. Wetten und Büffen/ cum 2. seqq. mibi p. 522. König c. 138. n. 2. inf. Cöler. p. 1. c. 9. n. 46. cum seqq. & d. decis. 161. n. 63 & 66. Zobel. p. 4. diff. 28. Fachs. diff. 62. Reinb. diff. 15. p. 5. Consult. Sax. tom. 2. p. 4. q. 4. n. 7.* Hinc dicendum videbatur, multò magis cum, qui excessum commisit, Wergeldum agnatisolvere debere, *Möller. ad const. 11. p. 4. n. 2. vid. plur. rat. dubit. Consult. Saxon. tom. 1. p. 4. q. 35.* Sed negativa recepta, *d. q. 35. & tom. 2. p. 4. q. 66.* I. quia J. Sax. ubicunque judici non debetur multa, ibi nec Wergeldum agnatis, & è contra, *König d. c. 138. inf.* sed hoc casu judici non debetur multa, *Möller. ad dict. constitut. 11. n. 3.* Ergo. II. quia ut evictum est q. præced, committens excessum non punitur ordinariè, sed extraordinariè & arbitrariè, quæ poena arbitraria succedit in locum ordinariæ: (subrogatum enim sapit naturam subrogati, ut *not. Dd. in §. fuerat,*

fuerat, l. de Act. l. 1 §. hac actio, ubi Br. plenissime, si is, qui test.  
lib. 5c.) Agnatis autem non deberi Wergeldum,  
quando homicida ordinaria, capitis scilicet poena affi-  
citur, dubio caret. *Plur. ration. vid. in Consult. Saxon. d.*  
*9. 35. & adde distinct. ex const. Elect. 11. p. 4.* Utrum poena  
corporis sit afflictiva, an Haut und Haar/injuncta exces-  
sum committenti, vel non; *Moller. in comm. ibid. vide*  
*Cöler. 1. de process. exec. 9. n. 54. Fachs. d. diff. 63.*

QUESTIO V.

An Principum, Comitum, Baronum,  
Constitutiones sint Juris  
Civilis?

*Ad tit. de ll. SC. & long. consuet.*

Statuta sive Constit. provinc. Principum, Comitum,  
Baronum, &c. superiorem recognoscentium, juris  
prætorii portionem constituit, *Br. in l. 4. §. 1. in fin. &*  
*ibi Immol. de damn. inf. Wes. ad §. prætorum, Inst. de J. N.*  
*G. lit. b. Schneidew. ad §. omnium, n. 5. Inst. de oblig. & ad*  
*§. 3. Institut. de Act. num. 7. Scip. Gentil. cap. 2. tractat.*  
*de concurr. Act. Quæ opinio est communis, teste Go-*  
*metz. ad d. §. 3. n. 22. Zas. n. 4. Schneidew. d. n. 7. Contra*  
*Juris Civilis esse vult idem Wes. in Parat. de ll. n. 3. & ad*  
*Schneidew. d. §. omnium, n. 5. lit. a. Clariss. Dn. Fom. ad*  
*tit. ff. ut ex ll. SC. bon. poss. q. ult. & Muscul. de success. con-*  
*vent. & Anom. class. 1. membr. 1. concl. 1. lit. d. n. 18. Rol.*  
*à Vall. 1. conf. 86. n. 11. Quibus ad stipulamur. I. per l. 9. de*  
*J. & J. & §. 1. de J. N. G. II. per l. 2. & ibi Dd. C. de off.*  
*præf. prætor. vid. Clariss. Dn. Fom. add. t. q. ult. III. Qui-*  
*cunque dux vel conditor statuti dignitatem habet per-*  
*petuam, & ad suos descendentes transmissibilem, ejus*  
*constitutio pro lege perpetuò servanda, Br. in d. l. 9. q.*  
*princ. 1. vers. quartò quero, Musc. d. lit. D. n. 20. Atqui*  
Princi-

Principes Germaniæ regimen habent perpetuum, vide  
*Schrad. in proœm. de Elect. orig. Heig. 1. q. 4. n. 61. Knich.*  
*Et alij, quos ref. Musc. d. l. & ad heredes transmittunt,*  
quod nec Imp. potest, *c. licet, de vot. Et vot. redem. Alb.*  
*Brun. de statut. exclud. fem. art. 13. n. 6. Dautb. ad l. fin. C.*  
*de pact. n. 16.* Ergo eorum constitutiones pro ll. perpe-  
tuò servandæ, & per consequ. sunt Juris Civ. nec prætore-  
rii. De Const. Elect. Sax. in specie vide *Consult. Sax. tom.*  
*1. p. 4. q. ult.* Usus hujus quæstionis ostendit *Gomez.*  
*ad d. §. 3. n. 20. Et seqq. Fom. d. q. ult. t. ut ex ll. SC. bon.*  
*poss. Schneid. sup. cit. loc. Et Musc. n. 21. Et seqq. Conf. etiam*  
*Dn. Fom. ad t. C. de ll. c. 1. q. 4. vid. Et Nic. Losaus tractat.*  
*de jur. univers. c. 15. n. 31.*

#### QUÆSTIO VI.

An cōmunis opinio servanda sit pro lege?

Communem opinionem in judicando sequi ex  
usu Reip. est, *Trentl. 1. disp. 1. th. 8.* nec facile ab ea re-  
cedendum, ut collig. *ex l. un. de off. Quæst. cum simil. Gail.*  
*2. obs. 39. n. 27. Et obs. 94. n. 18. cum seq. 1. obs. 16. n. 16. Cl.*  
*Dn. Arum. disp. Pand. 1. th. 20. Niel. disp. feud. 1. th. 5. lit.*  
*d. Et disp. ult. in cor. maximè si casus in jure non decisus,*  
*Tr. Et Dn. Arum. d. loc. Ben. tr. de privil. 7 Ct. p. 3. priv. 80.*  
vel si opinio illa præjudicio Camerae Imperialis confir-  
mata, *Gail. d. obs. 94. n. 18. Weg. disp. Inst. 1. th. 6. lit. I.*  
Nisi de aperto errore convinci possit, *Trent. Wegn. Ni-*  
*el. cit. loc. Cöler p. 1. c. 6. n. 91. Et p. 4. c. 1. n. 41. Schultes*  
*1. quæst. 15. n. 28. Clariss. Dn. Fom. c. 1. q. 2. C. de ll. per l. 1.*  
*§. sed neque, C. de vet. f. enucl. Et arg. l. 39. Et 23. ubi Ant.*  
*Fab. Et Corras. de ll. vid. Consult. Sax. tom. 3. q. 13. n. 24.*  
*p. 4.* vel materia subjecta ejusque favor aliud suadeat,  
*Gail. d. obs. 94. n. 18. Et seqq. Schickard. disp. Inst. 1. th. 9.*  
*lit. B.* Sed an etiam tantæ sit autoritatis, ut pro lege ha-  
beatur

beatur, quæritur? Quod licet multi (quos refert & se-  
 quitur *Corat. tr. commun. opin. & Benius d. priv. 80. qui-*  
*bus adde Boccr. disp. de obl. quæ q. ex delict. thes. 8. Marq.*  
*Freber. de fama, c. ult.*) affirmant, tamen rectius neg.  
 I. Per d. l. 1. §. sed neque 6. l. 10. C. de condict. indeb. l. 5. §.  
 pen. de impens. in res dot. fact. l. 12. pr. de instr. & instrum.  
 leg. l. 21. §. fin. de testib. II. Quia Imperator potestatem  
 juris condendi ad se revocavit, vid. §. sed & 7. d. l. 1. l. f. vers.  
 si enim, C. de ll. Confer Förster. de jur. interpret. in præf.  
 & hodie Jctorum responsa non necessariam, sed pro-  
 babilem habent auctoritatem, Treutl. d. disp. 1. th. 7. Cla-  
 riss. Dn. Fom. adt. C. de vet. jur. enucl. q. 10. inf. Cl. Dn.  
 Arum. 2. decis. 1. inf. Wegn. d. lit. I. Niel, cit. loc. Vid. la-  
 tæ *Corat. d. tr. Vigel. in Method. Jur. contr. in præfat. &*  
*alijs, quos refert Niell. præsertim Hartm. Pistor. Thoming.*  
*& Nevizan. cit. ap. illum loc. Ben. d. priv. 80.*

### QUÆSTIO VII.

#### Quæ sint Requisita consuetudinis?

Requisita consuetudinis varii variè enumerant: Qui-  
 dam Rationabilitatem, actuum frequentiam, tacitum  
 populi consensum, & legitimum tempus requirunt;  
 Alii aliter sentiunt, vid. *Zaf. & Dd. commun. ad l. de*  
*quib. ff. de ll. Gail. 2. obs. 31. Myns. 6. obs. 41. cum seq. Latif-*  
*simè Schultes 2. q. præf. 76. qui var. opin. refert, ipse a. 1.*  
 actuum frequentiam, 2. præscriptionem, 3. scientiam  
 & patientiam, 4. intentionem & animum, 5. rationa-

B

bili-

bilitatem requirit. Distingv. inter consuetudine m̄ in-  
troducendam, cujus unicum requisitum & immediata  
causa (ut loquitur *Schult. d. q. n. 21. § 94.*) est tacitus  
populi consensus, *l. 32. cum seqq. de ll. l. 1. § t. t. C. qua  
sit long. consuet. &* introductam probandam, ubi ad ta-  
citurum illum consensum populi colligendum, actuū fre-  
quentiam & temporis diuturnitatem requiri non ne-  
gamus, *vid. Hackelm. ad t. ff. de ll. § disp. Pand. 1. tb. 46.  
cum 2. seqq. Gædd. disp. Pand. 1. tb. 9. Wegn. disp. 1. tbes. 7.  
lit. a. Schult. num. 121, De rationabilitate, Wegn. dict.  
loc. Schult. à n. 126.* Quoad praxin, quomodo sc. con-  
suetudo probanda, quando plenè, quando semiple-  
nè, item quomodo articulanda, eleganter *Schultes d.  
q. 76. cum 2. seqq.* De Jure Sax. not. requiri circa præ-  
scriptionem consuetudinis, spatium triginta annorum,  
anni & dici, vulgò *dreyssig Jahr / Jahr und Tag / lib. 1.  
Landrecht art. 29. Zobel. p. 2. diff. 4. Fachs. p. 1. differ. 12.  
Reinh. p. 6. diff. 2.* sive ut *Schult. dict. q. 76. n. 79.* explic.  
tempus anni unius & triginta, & septimanarum sex,  
cum tribus diebus, *vid. Schneidw. ad §. ex non scripto, n.  
5. de J. N. G. Cöler. 1. decis. 21. n. 5. cum seq. § 1. de process.  
3. n. 30.*

#### QUÆSTIO VIII.

An Doctore & Practico excellenti de  
consuetudine attestanti cre-  
dendum?

Affirmativam sequendam putarem, utpote com-  
munem.



munem, *Gribald. in commun. opin. verb. consuetud. in*  
*Camera Imp. receptam, Myns. 5. obs. 96. & veriore:*  
I. Quia artifices in sua arte credendum, *Arist. 3. Topic. 1.*  
*l. 3. C. fin. reg. l. 1. pr. de ventr. insp. l. 6. C. de re mil. Br. &*  
*Jas. in l. 1. §. f. si cert. pet.* II. Consuetudo vel est genera-  
lis & communis (quales sunt hodie consuetudines feud.  
*vid. Hackelm. disp. Jur. Can. 2. tb. 12. Schickard. disput. 1.*  
*tb. 10. sub lit. A.) & tunc minus est dubium, cum jus*  
*commune nemo præsumat ignorare, Schickard. in*  
*resol. d. tb. 10. n. 2. vel est specialis, & cum etiam illa sit*  
*pars juris, argum. §. sine scripto, Institut. de J. N. G. con-*  
*stare debet in iure versanti & nota præsumentur, (scil.*  
*si sit ejus loci consuetudo, in quo quis versatur, Anton.*  
*Gabr. 1. commun. opin. concl. 4. de probat. Benius de privil.*  
*J. C. p. 3. priv. 81.) quatenus non tantum publica est &*  
*actib. frequentata, sed & præscripta & approbata, vid.*  
*qua dict. q. preced.* III. Quia consuetudo non simpliciter  
est facti, *c. 1. de const. in 6. sed quatenus introducta, jam*  
*juris esse incipit, Schick. d. loc. post Corras. p. 2. c. 20. de*  
*J. art. & Turamin. p. 3. de ll. c. 6. n. 8.* IV. Sic olim etiam  
Juri de consuetudine attestabantur, *vid. l. 14. de juris-*  
*dict. l. 19. de excus. tut. & l. 10. de V. O. Benius d. priv. 81. qui*  
*plur. alleg. consent. quib. add. Myns. d. obs. 96. Wes. in pro-*  
*de feud. p. 10. Rauchb. p. 1. q. 20. n. 36. Cl. Dn. Arum. 2. de-*  
*cis. 5. n. 75. Diss. refert & sequitur Hack. disp. Pan-*  
*dect. 1. tb. 51. Trentl. 1. disp. 1. tb. 9. lit. H.*  
*Förster. disp. 1. tb. 38. Myns. 6. obs.*  
*68. Gerb. dec. 1. quest. 8.*  
*in fin.*

QUÆSTIO IX.

An Statuta sint strictè interpre-  
tanda?

Communitè receptum Statuta esse stricti juris, & strictè accipienda, *Rein. Cors. 1. indag. 22. Vacun. declar. 91. Schult. 1. q. 1. n. 1. cum seqq. Berlich cum multis alleg. p. 1. concl. pract. 10. n. 7. Cöler. 2. decis. 286. n. 25. 52. § 138. Rauchb. p. 1. q. 9. n. 25. § q. 29. n. 21. § q. 31. n. 21 q. 32. n. 5. q. 34. numer. 55. vid. § quest. 17. à numer. 28. Thoming. decis. 26. n. 9. § 26. Möller. 1. Sem. 3. § 4. n. 7. § ad constit. 27. p. 1. à n. 14. Consult. Sax. tom. 2. p. 1. q. 56. n. 3. Musc. de success. cony. cl. 1. membr. 1. con. l. 1. n. 30. Clariss. Dn. Arum. 2. decis. 11. à n. 78. maximè si sint odiosa, Cöler. 1. decis. 7. n. 30. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 42. vid. Möll. ad d. constit. 27. n. 20. & exorbitantia, Consult. Sax. tom. 3. q. 17. n. 2. p. 3. Musc. d. cl. 1. membr. 1. n. 28. § seq. vid. Förster libr. 2. de jur. interp. c. 2. §. 2. vel correctoria juris communis, Treutl. 1. disp. 1. tb. ult. lit. E. Möller. d. l. n. 18. cum seq. § p. 3. ad const. 15. n. 24. Förster. d. c. 2. §. 3. Sed alii in his eandem quæ in legib. interpretationem faciendam putant, Duar. in l. 3. de adq. poss. Mar. Salom. in l. omnes, n. 12. de f. § f. Möller. ad d. const. 15. n. 30. Hack. disp. illustr. 1. tb. 7. Treutl. cit. loc. Corras. p. 4. c. 9. de f. art. vid. Niel. disp. feud. 1. tb. ult. lit. D. § disp. 4. thes. 2. lit. D. A. Fab. 1. Jurispr. Papin. 2. princ. 11. ill. 2. Latè Alderan. Mascard. de general. statut. interpret. concl. 2. præsertim n. 260. Dicimus Statuta, cum specialia plerum-*

que

que sint, & aliquid præter jus commune proponant, (statutum enim idem disponens quod jus commune pro statuto vix est habendum, *Musc. cum alleg. cl. 1. memb. 1. n. 14.* & absque dubio secundum jus commune interpretandum, *vid. Cöler. 1. decis. 198. n. 9. 12. & 81. Zobel. p. 3. diff. 3. n. 4. 5. & 6. not. ex Heyg. p. 2. q. 30. num. 2. ad Moller. in const. 35. n. 8. p. 4.*) regulariter ex jure communi interpretationem non sumere, *Schick. disp. 1. th. ult. scil. extensivam, sed restrictivam, Tiraq. de præscrip. §. 1. gl. 9. vel passivam, Kirchof. in verb. statut. ( utpote quæ in omni dispositione locum habet, Först. d. lib. 2. c. ult. reg. 41. & c. 4. n. 3. cum 2. seqq. & declarativam, Rauchb. p. 1. q. 17 n. 32. & q. 41. n. 5. Hinc dicitur, Statutum potius interpretationem recipere à statuto simili, quàm à jure communi, Honded. p. 1. consult. 1. n. 64. Musc. d. cl. 1. membr. 3. n. 56 Et statutum semper interpretandum esse, ut operetur aliquid ultra jus commune, Moller. ad const. 11. p. 1. n. 1. & ad const. 1. & 2. n. 2. p. 3. Doctorum diversas opiniones, & ne repugnent quæ quæ dict. sup. q. 5. ex Statutorum natura & duplici Statuti, legis & juris civilis significatione conciliabimus & explicabimus, *vid. Schickard. d. disp. 1. ad th. 6. 10. & ult. Confer de generib. interpretation. Thoming. d. decis. 26. num. 23. & seqq. Förster. dict. lib. 2. cap. 1. 2. & 3. vid. & Steph. de Phederic. in tractat.**

*de LL. Interpp. p. ult. mibi*

*p. 76. cum seqq. Al-*

*deran. Mascar.*

*d. tr.*

B 3

QUE-



QUÆSTIO X.

Quomodo intelligendum sit, quod  
dicitur, beneficia Principum  
larissimè interpre-  
tanda?

*Ad tit. de constit. Princip.*

Dixi q. præced. de Interpretatione statutorum: videamus, an etiam quæ de statutis ibi dicta, ad constitutiones Principum quoddammodò applicari possint. In *l. 3. b. t.* beneficia Principum plenissimè dicuntur interpretanda, *vid. l. 3. § 4. de jur. immunit. l. 1. § 2. C. de sent. pass. l. 2. C. de bon. vacant. l. 43. pr. de vulg. § pupill. substitut. c. 15. de R. J. in 6. Item l. 4. C. de emancip. l. 2. §. 10. § 16. ne quid in loc. pub. l. 15. C. de op. pub. l. 191. d. R. J.* Quos textus quia non omnes cum *d. l. 3. b. t.* convenire putabat, *Claud. David. in velit. legal. ad §. 6. Inst. de J. N. G.* verba nostræ *l. 3.* sic explic. q. Principum beneficia exactiori examine indigeant: (quæ interpretatio displicet *Hillig. 1. comment. Donell 15. lit. E.*) *Zaf. in paratit. b. t. num. 11. dict. l. 3.* hanc adjicit explicatiouem, nisi beneficia Principum contra jus scriptum emanarint: *Pacius 1. quest. 19.* nisi illa in interpretatio voluntati Principis advesetur, (ut refert *Hillig. dict. loc. lit. F.*) *Don. d. c. 15.* nisi ea interpretatione aliis fiat injuria. Estimarem cum *Schick. d. disp. 1. tb. 8.* rem sic explicand. Constitutiones Principum generales, etiam genera-

lem


lem recipere interpretationem; specialisa. cum per-  
sonam non egrediantur, §. 6. *Institution. de Jur. Natu-*  
*ral. Gent. l. 1. in fin. h. t. l. 196. §. 68. de R. J. non extensi-*  
*vam, sed restrictivam admittere, prout quaest. praec. de*  
*statutis dix. Dictam a. l. 3. h. cum Wes. respectu ipsius*  
*dantis, non verò alterius procedere!, vid. § Anton.*

*Fab. ad d. l. 3. in rational & in Jurisprud. Papin.*

*titul. 2. princip. 8. Ill. 1. circ.*

*fin.*

Nos cum bono D E O  
hîc finem facimus.



Præstantissimo & Politissi-  
mo Dn. Respondenti,

AMICO SUO SIN-  
GULARI.

**I**Ndue nunc galeam manibusq; prebende sarissam,  
HARNISI, subeunda tuis sunt bella lacertis,  
Bella, quibus JUSTI Matrem tuearis & ÆQUI!  
Sunt hostes, qui nec levibus nec inermibus armis

*Frenon*

*Frenandi, ast sancti stringendi compede veri,  
Horrida BARBARIES, & iniqua INSCITIA legum.  
Despondere minis animum, certosq; triumphos  
Desperare nefas: victricem spondeo palmam.  
Ecce PARASTATEN, toties quem vincere vidi,  
In dubiam quoties quondam descendit arenam.  
Huic THEMIS ipsa dedit perplexos solvere nodos,  
Fallacesq; secare strophas, & tundere gerras.  
Huic te crede Duci, sic nunquam tela nocebunt  
Missa, nec in varias rapiunt contraria partes.  
Indue nunc galeam, manibusq; prehende sarissam,  
HARNISI, ut JUSTI sis fidus tutor & ÆQUI.*

Gratulabundus scripsit

Johannes Schröterus,  
Osterburgô-Marchicus.

**E**Cce novam Doctrina MOLAM virtusque volutant,  
Præclarusque illi præficitur MOLITOR!  
Frumentum sunt JURA, Rota est INDUSTRIA, duri  
Sunt lapides vivax JUDICIUM, INGENIUM.  
Hanc versare MOLAM tu sub MOLITORE perito  
Discis, JANE, ista tu molis inque MOLA.  
Quàm pulchra hinc fiet quàm delitiosa siligo  
Pulvis & infelix FURFUR abesto sui.

*Adjiciebat*

Joh: ab Hœckelshoven.  
Junior, Breslâ-Silesius.

Armis non tantum validum, sed pectore fortem  
Juvant DII. Videni ut Themis  
Stet, tegat utq; tibi  
Illa caput clypeo, pellat procul omnia tela  
Hostis. Parastata insuper  
Ecce tibi eximius  
Est, corclū Evnomiæ illud, Thespiadumq; voluptas,  
Sidus futurum NORIDOS;  
Delitiæq; nova;  
MÖLLERUS noster, quò nobis gratior alter  
Vix est. Quid ergò reliquum?  
Nil, nisi, JANE, tibi  
Omnes gratantes ut grata tropæa paremus,  
Canamus ut victoriam.  
Haud veniasq; prius,  
Omneis obstantes quàm debellaveris hostes,  
Totusq; victor audias.  
Sic voveo atque precor.

Christophorus Hoefflichius Norimb.

Errata & omissa. Q. 1. lin. 6. pro repulsar. leg. propuls. Q. 2. lin. 5. pro n. 319. leg. 329. lin. 10. leg. sic: alleg. a. defens. prob. planè non poss. lin. 42. leg. Gail. d. obs. 17. n. 7. Et hæc sentet. & c. lin. 44. Beust. & c. pag. 748. lin. penul. leg. Fach. d. contr. 27. Q. 3. lin. 2. post illa. c. 4. circ. f. adde verb. vide, lin. 19. pro c. si natus, leg. si iratus, lin. 25. & 26. post illa: l. 14. & 16. adde, ff. ad L. Corn. de sic. lin. ult. leg. Val. Max. 8. memorab. Q. 6. lin. 1. pro communiem. leg. communionem, lin. 4. pro n. 16. leg. n. 6.

**I** N volucrem nondum rediit circumvagus annus  
Annum, tui quando ingenl,  
Non sine laude quidem,  
Edebas specimen, GRYPHIANDRO, (Juris ocello,  
Charitum antesignano, duce  
Aonidumq; Viro,  
Cui meritò multum debet Romana vetustas,  
Et nostra secla plurimum,)  
Preside: dum facili  
Promptòq; ingenio quid subditus, atque vasallus  
In JURE nostro, quid cliens;  
Et quid eos deceat;  
Monstrabas placidè symmystis, inde triumphum  
Palmamq; debitam ferens.  
Nunc cataphractus ades,  
Et pro JUSTITIÀ pugnare, illamq; virili  
Pro parte vis defendere  
Publicitus, benè agis,  
Ostendas quòd te tot spectatoribus. Euge  
Felix adesto! num paves?  
Pone metus trepidos!  
Exsere nunc animos, firmò stent robore vires.  
Catò virò atque interritò  
Milite digna patra.

Armis




AB: 154464

(X2618616)

R

V317



Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

STIO.

USTRIMUM

ET SAXONICI,

jur. tit. de ll. & tit. de  
cip. adcommoda-  
rum,

CAS,

MAM

M. A.

nsensu Amplissi-

nis in illustri Salana,

ESIDE

GEORGIO

ro, J. U. D.

NDERE CONABITUR

MARTII,

*in Auditorio,*

HARNISCH,

URGENSIS.

ANNO CHRISTI M. DC. XV.